



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Vitium emendatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

plures, illa pauciores habeant acinos, sed quod parva minores, magna grandiores nutriat; ita Christianae pietatis opera non quam multiplicia sicut considerantur, sed quatenus uno eodemque numero, cum fide, spe & charitate in unoquoque deprehendantur, & sine termino uno conclusa: uno quoque cortice divinae gratiae comprehensa: pro uniuscuiusque virtutis magnitudine vel exiguitate praemia consequantur.

NÆVUS. CAP. XXIX.

QUONIAM vero nullum malum Punicum invenitur, in quo non sit aliquod granum subputre, indicium est, nullum humanum corpus esse absque naevo aliquo vel cicatrice: nullum quoque hominum reperiri, qui vitio sine nascatur, cum vel iustus homo septies in die prolabatur, ita neque collegium ullum est, in quo non aliquis sit praevicator. Ursurpabat similitudinem hanc Thebanus secta Cynicus.

SIMULATOR. CAP. XXX.

*Vulgulitatorum
bos assignat
causam.*

SED ENIM plurimum ita homines sunt, ut apparere potius quam esse studeant, malumque Punicum emptorem egregie ante omnia poma ludificetur, & se probantibus imponat, putareo scilicet, rubicundo, lepidoque; cortice spectantibus ad blandiendum, mox interiore aperientibus plerumque situm, putorem marcoremque patefaciendo; hinc factum est, ut plerique veterum simulationem probitatis per id genus pomum significati dixerint. Unde Scholasticus ille severioris doctrinae magister: *Superbus, inquit, malum Punicum est, quod interius puritatum sit, exterius vero mirabilem praesentem ferat.* Hoc hominum genus ita notat Horatius:

*Aristot. lib.
ep. 16.*

--- Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges, iuraque servat,
Quo multa magnaque, ferantur iudice litres:

Quo responfore, & quo causa teste tenetur,
Sed videt hunc omnis domus, & vicina tota
Introsunt turpem speciosam pelle decora.

Lucianus hos tragediarum codicibus auro, purpuraque velutis & qui parat, qui miram ipso compaginationis ornatu pulchritudinem ostendent, ad appetu vero non nisi parricidias, incestus, stupra, ludibrosos, & tumnas, luctus, familiarum urbiumque excidia, & atrocissima profligatissimaque scelera quaeque continent.

VITIUM EMENDATUM. CAP. XXXI.

EUM denique hominem, qui vel morum asperitatem, vel vitium aliquod in melius vertit, ac virtute commutat, significare qui volunt, cuneum ex Pino per mediam arborem Punicum mali adactum pingunt. Siquidem evenire ait Basilus, ut si cuneus ejusmodi in acidas Panicas impingatur, ita ut per mediam medullam adigatur, mala saporem ex acido & austero in dulcem atque suavem commutent. Id autem fieri solet, imo in parte radici propinqua stipite perforato. Ac perinde magnus ille vir docet, posse unumquemque sibi vitii medellam evanescere, quando agricultura stuprum qualitates commutare potest, curam autem & studium in animi virtutibus consequendis morbos omnes evincere. Nam si modo quis, ut inquit Horatius, *cultura patientem accomodat aurem,*

*Horat. Ep.
1. lib. 1.*

Nemo adeo ferus est ut non mitescere possit.

AMICITIA. CAP. XXXII.

*Idem Mattheus in
Dios. lib. 1.
c. 117.*

AMICITIAM modis plurimis hieroglyphice pingi sculpique posse, toto opere diximus, ut in Palma & foemina, quae quamvis mira sit, in suo tamen genere est, majus necio quod in hedera cum vite, maximum in Punica cum myrto: amant enim se invicem & myrtus & Punica, ideoque, ut observavit Florentinus, & asserit etiam Dydimus, ad Punicorum feracitatem myrtus juxta ferenda est. Quin, ut ait Democritus, ita se amant, ut etiam aliquando procul positae radices mutuo complacent, ideoque mutua earum insitio mirifice fertificat. Si quis igitur fructiferam amicitiam Aegyptiorum in morem scribere voluerit, apte coronam ut myrtum malis Punicis ornatam faceret. Corona enim ipsius forma amicitiam, qua quis mutuo devinctus est, poma illa fructum & utilitatem inde susceptum indicabunt.

JOAN.